Noverint universi quod Ego Petrus Pineda filius Francisci Company alias Pineda et domine Francische eius uxoris heres et proprietarius mansi Pineda parrochie beate Marie de Palaciolo Salitano Barch. et ex certa sciencia
Confiteor et recognosco vobis dilecte Eulalie filie communis [illegible] possessoris [illegible] Almascort et domine Salvatore eius uxoris parrochie beate Marie de Gallechs quam Deo duce ducturus sum in uxorem
de tempore inter vos nupcias contrahi et recepi a vobis seu [illegible] vobis in dotem sive pro dote ac racione dotis vestre Triginta libras monete Barchinone de terno Et ideo Renunciando excepcioni pecunie predicte
non numerate et in dotem vestram predicta non habite et non solute et dolo malo et accioni in factum et omni alii iuri racioni et consuetudini contra hec repugnantibus facio vobis augmentum sive
donacionem propter nupcias de Quindecim libris monete predicte et sic sunt in summa omnes dicti denarii pro dicte dotem et augmentum sive donacionem propter nupcias Quadraginta quinque libre
monete predicte Quasquidem Quadraginta quinque libras promitto vobis et vestris reddere et restituere quandocumque fuerit locus restitucionis dotis vestre predicte Ipsasque habeatis teneatis et
possideatis vos cunctis diebus vite vestre cum marito et sine marito et cum infante vel infantibus et sine Et absque ullo contradiccione impedimento inter mortem et alterius cuiuscumque persone
[illegible] de his omnibus habeatis vos dictis Triginta lib[ras] [illegible] vestris voluntatibus inde libere faciendis Si tamen die obitus vestri habueritis et dimiseritis filium vel filios masculinos
[illegible] legitimo et carnali matrimonio [illegible] vel procreatos qui pervenerit vel pervenerint ad etatem condendi testamentum verum si die obitus vestri non habueritis et non dimiseritis
[illegible] filium vel filios [illegible] matrimonio procreatum vel procreatos aut habueritis [illegible] tamen nullus eorum ad etatem [illegible]
condendi testamentum in his casibus et eorum quolibet habeatis vos et dicte [illegible] Triginta libris decem libras pro vestris voluntatibus inde libere faciendis Et residuum heredi et proprietario mansi Almascort
a quo originem traxistis libere revertatur Restantes vero [illegible] Quindecim libre augmenti vestri predicti post obitum vestrum remaneant infanti vel infantibus de me in vobis procreandis
[illegible] suprestantis vel suprestantibus fuerit vel fuerint [illegible] infanti vel infantibus [illegible] ex [illegible] eorundem dictum augmentum dono confero et assigno in posse notarii infrascripti
tanquam publice persone pro ipsis infante vel infantibus legitime stipulantis Verum si die obitus vestri infans vel infantes de me in vobis procreandi vobis suprestans vel suprestantes non fuerint
vel non fuerint in his casibus dicte Quindecim libre augmenti vestri predicti post obitum vestrum remaneant michi si vixero et si non vixero heredi meo aut illi vel illis cui vel quibus ordinavero
vero verbis scriptis aut alias Et predicta omnia et singula facere et adimplere promitto sine omni videlicet dilacione sansacione et excepcione iuris et facti Et absque omni dampno sumptu
missione vestri et vestrorum Quequidem restitucia solvam et emendabo vobis et vestris omnes et singulas missiones sumptus dampna et interesse quos quas et que inde vos vel vestros oppo[rtebit] [illegible] facere aut modo aliquo
sustinere ob deffectum promissorum per nos vobis supra promissorum In quibus quidem missionibus sumptibus dampnis et interesse predictis credatur et credi volo ex pacto vobis et vestris vestroque et eorum plano et simplici
verbo nullo alio probacionis genere requisito Et pro predictis omnibus et singulis complendis et firmiter attendendis tenendis et observandis obligo vobis et vestris specialiter dictum mansum meum Pineda
cum [illegible] honoribus possessionibus iuribus et pertinenciis suis que quidem tenentur sub directo et alodio Camerarie Monasterii Sancti Cucuphatis Vallensis et eius honorabilis Camerarii ipsius Camerarie nomine
ad certos annos censos et servitutes Et generaliter omnia et singula mea mobilia et inmobilia ubique habita et habenda Volens et expresse convenientes quod in casu restitucionis dotis vestre non satisfacte
erit vobis et vestris in dote vestra predicta et aliis in quibus vestris sunt in bonis meis pertinentibus vos et vestri faciatis de predictis omnibus vestros et eorum proprios usus et dictum [illegible] non computentur vobis
et vestris in sorte aliqua solucionis dictorum dotis et aliorum [illegible] et hoc tantum et tandiu donec et quousque vos et vestri in predictis soluti et satisfacti et aliter valeatis et va-
leant iure constitucione [illegible] in favorem [illegible] super hiis editam Et ut predicta omnia et singula maioris roboris firmitatem obtineant non vi nec dolo sed sponte et propria mea
per dominum deum et eius sancta Quatuor Evangelia manibus meis corporaliter tacta predicta omnia et singula attendere et complere tenere et observare et in nullo contra facere vel venire
per aliquo causa vel racione Renuncians quo ad hec legi si me iurisdiccione [illegible] transeundi sit specialiter [illegible] generaliter obligata et aliud dicente [illegible] bonis [illegible]
obligata recuperi sufficiunt marchadalia non extendatur et omni alii iuri racioni et consuetudini contra hec repugnantibus Promissa igitur omnia et singula facio pa-
[illegible] convenio et promitto in posse notarii infrascripti tanquam publice persone pro vobis et personis omnibus quarum interest legitime stipulantis Actum est hoc in parrochia beate Marie de Palacio
Solitano die decima Quarta mensis Aprilis Anno a Nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo octavo Signum Petri Pineda predicti qui hec laudo firmo nos
Signum mei Eulalie predicte que predicta accepto laudo concedo et firmo.

Testes huius rei sunt Johannes Bland et Michael Sanxis pastores ville Granullariorum.

Ego frater [illegible] Manuel de Crulles prior [illegible] Sancti Laurencii de Monte administratorque dicte Camarie Sancti Cucuphatis predicti predicta firmo racione dominii [illegible] dicte camarie [illegible] salvis [illegible]